

M I B D



1 6 10



EN



~~M. d. 90~~

1) Hermes Trismegistos

nebst 21 - 6)

PKC 6)

5

UROCRITERIUM
CHYMIATRICUM,
sive

RATIO CHY-
MIATRICA EX-
ACTE DIJUDICANDI
URINAS EX TRIBUS
Principiis activis, & uno Passivo,
hactenus neglectis Aphoristice
ostensa,
Auctore

JOHANNES RHENANO
HASSO.



M d 90

MARPURGI CATTORUM
Ex Officinâ Kezelianâ
M. DC. IX.



IN NOMINE DOMINI

ACTUS

IN

RE

DE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

RE

DE

CI

D

Jo

H

tan

tiu

tiu

fun

te

di

tia

gn

Th

ba

co





Clarissimo & Experientissimo Do-
ctori Medico,

DN. JOANNI JACOBO
GUGGERO BASI-

LIENSI,

Amico singulari,

JOANNES RHENANUS HASSUS

Salutem dicit.

ET si, clarissime vir, Domine & a-
mice inter charos eximie, dis-
simulare est artificum: studia
tamen nihilominus hominū soler-
tium, natureque penetrabilia scrutā-
tium mediocri diligentia juvanda
sunt, & exornanda. Cum itaque an-
te hoc temporis de urinis, non edē-
di, sed in meos usus reservandi gra-
tia nonnulla theoremata tum Ma-
gni illius Medicorum Monarchæ
Theophrasti Paracelsi, usu cōpro-
bata, tum meâ experiētiâ multum
confirmata, conscripserim, atque

A

IN

in aliquam methodum redegerim,
institisti vir clarissime, ut istud cō-
municarem cum aliis. Tamen si igi-
tur nihil minus institueram, quam
doctissimo, politissimoque hoc se-
culo de mea tenuitate quicquam in
medium proferre, præsertim cum
tot eruditissimi viri è proscenio in
hâc arenam quotidie prodeant: ta-
men quia tibi videntur in commu-
ne bonû lucubratiunculæ meæ ce-
dere, malui profectui multorum so-
lertius inquirendi, observationi-
busque quotidianis naturam inve-
stigandi ansam præbere, quam si-
lento, quamvis tuto, involvere,
quod alicui usui esse posset. Vela i-
taque ventis commisi, & ea quæ ab
aliis minus observata fuerunt dedi,
quæ obscura, declaravi, ordineque
digessi præterque omnia, ita ut cui-
libet priora postremis iungenti ad
exactam urinæ cognitionem adi-
tus pateat. Si erratum quippiam fu-
erit (quanquam nihil esse confido)

tuæ

tuæ & aliorum præstantissimorum
censuræ lima vel corrigēda, vel sal-
tem animadvertenda, lubens exhi-
beo: scio tamē, ad rem ipsam quod
attinet, nihil ab experientia alie-
num fore.

Quia verò antiquitas obtinuit,
uti tuas lucubrations aut tutori,
aut patrono, aut amico adscriberet,
te ex aliis, tam ob tuam insignem e-
ruditionem & præstantiam, quam
ob summam in me benevolentiam,
eximium candorem & amicitiam
non vulgarem, elegi, cui hoc, quic-
quid est, ut ocrierii consecrarem.
Accipe itaque, vir præclarissime, i-
stud munusculum à tua professione
non alienum, ea mente, qua tibi di-
catum est, & me, ut facis, ama, nec
non ad Nestoreos annos sorte pro-
spera utere, vive, vale. Cattorum
Marpurgi. Antepenultima Au-
gust. Ann. CIO IDC IX.

A 2 Ra-

RAPHAELIS EGLINI ICONII

TIGURINI D.

Hexametro-jambicum.

OMnia naturæ gremio contenta patefcunt,
Et tempore abdita eruuntur omnia,
Non fecus ac Evangelio prædixit Iesus,
Nil esse opertum, non apertum quod velis.
Unde jubet tacitæ commissa fideliter auri,
Producere, & quibuslibet prædicere,
Namq; gravis manet hûc, & iusto scenore pœna,
Talentum iniquè qui solo mandaverit.
Tu melior, RHENANE, decus, Chymiatria lux, &
Flos Hassicę gentis beate, (amice mi)
Non pateris, vero quæ sunt tibi cognita sensu,
(Lanugine obducente mentum primulâ)
In Chymiatrias gremio latitare sepulta
Criterii secreta fontis Clivici.
Urinam inspexisse juyet, duce & auspice JANO
HASSO. Latentis plus inest hîc commodi,
Quàm Medicus quisquâ possit cognoscere forlâ,
Si tegmen auferas aperto vultui.
At tu JANE JACOBI recens GUGGERE create
Marpurgica invidende doctor in schola,
Gaude lorte tua! gaude acclamantis amici
Novâ JOANNIS dedicatâ paginâ.



ANAGRAMMATIZO-

menus

JOANNES RENANUS,

per

REGNERUM BARELS FRISIUM.

Quæritur ANNE SONES URINA,

Renane Joannes?

Sic est; Res, Auctor, conveniunt-
que Liber.

SCHE]

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG
1871

Uria




[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the majority of the page.]

Uria



SCHEMA UROCKITICUM.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the pages. The text is mirrored across the gutter and appears to be a list or index of some kind.]

[Partial view of text from the adjacent page on the right, including the letters 'M', 'ti', 'an', 've', 'au', 'm', 'fi', 'd', 'ti', 'm', 'z', 'p']





CAPUT PRIMUM,

DE GENERALIBUS

1

Non temerè Hippocrâtes Medico prudentiam, futurorumque cognitionem necessaria esse iudicat, quandoquidem solius Medici, prudentis, inquam, & periti est, hominis naturam ac partes earumque tum prosperam, tum aduersam novisse valetudinem. Cùm autem nonnulla in profundis humani corporis latibulis sita non nisi signis quibusdam dignosci queant, de urinis, utpote signorum præstantissimo, quædam tractare & pro mea tenuitate psequi fert animus.

2: Est autem urina excrementum primarium, salem, quem natura ab

B

ingesto

ingesto nutrimento secrevit & neglexit, cum humoribus aquosis superfluis excernens.

3. Sed priusquam ipsum de urinis iudiciū aggrediamur, de generalibus non nullis admonere necessarium ducimus, ea præsertim proponentes, quæ tūm ad ipsam urinam spectant, tūm ad Medicū pertinēt,

4. Ad urinam quod attinet, docendum est quando & quomodo illa excipi exceptaq; cōservari debeat.

5. Urina itaque à cenâ prima quæ excernitur ad iudicandum nullius est momenti, sicuti etiam secunda: tertia verò etiata si aliquando (quod tamen rarò accidit) veriquippiam notet, ut cunque tamen fallit, proindè quarta, aut post illâ quinta vel sexta (modò antè ientaculum excipiatur) est eligēda, cum illa propius ad rei veritatem Medici iudicium adducat: nec non ad perseverantiam alterationēq; substanti-

stan-

stantia & contentorum perforu-
ranti conducibilis sit.

6. Urina verò crapulosa, qualis-
cunque illa sit, parum indicat, quia
ista digestionē, separationē & ex-
pulsionē nondū cōpleta, egesta est.

7. Præterea si urinæ hypostasis
[de qua post] alba fuerit, illa nihil
ponderis habet, neque à Medico æ-
stimari debet. Omnia enim eius in-
dicia, & inde orta iudicia fallunt,
cum nihil veri ex ea addisci possit.

6. In gravissimis autē morbis, qui
in nutritionis regione, hoc est, à
stomachi orificio, ad excretionē in
vesica usque, sedem minus posue-
runt sed in aliis membris locis ve la-
tent, opera est adhibenda, ut æger
toto die nihil cibi aut potus sumat
aut si à cibo abstinere non poterit,
à potu saltem sese cohibeat. Tunc
enim de morbis gravissimis præses
iudicium habere poteris.

9. Quomodo porrò urina sit excipi-
enda

B 3

enda

enda, scitu opus est, ut illa jam jam
egesta vasi vitreo aut fictili inclu-
datur, ne spiritus exspirare queant,
neque ullo alio vase, quam prædi-
ctis est utendum.

10. Si urina in matula urinaria po-
sita tactu subcalida fuerit, in illa
minus exactè spectantur contenta
& substantia, color tamen perfectè
apparet; ubi vero refrigerata fue-
rit, eadem hora, aut alias intra sex
inspiciatur.

11. Urina ultra sex horas non est
reservanda, quia illo tempore ela-
pso corrumpitur & inepta est.

12. Si frigore aut alia occasione
turbata vel incrassata mutatione
fuerit, ad ignem posita ac dissoluta
movendo cum facibus probè com-
miscetur, ne feces neglectè errore
pariant; tandem urinale infunda-
tur & post quartâ horæ inspiciatur
ac iudicium feratur. Quippe in ca-
lida, aut super cineres calidos po-

sita

jam
clu-
ant,
ædi-
po.
illa
eata
fectè
fue-
a sex
est
ela-
one
one
luta
om-
roré
nda-
atur
ca-
po-
lita

sita hypostasis dissolvitur, permi-
scetur, & quiescendo suam sedem
recipit.

13. Spissas urinas nedum lucidas
commovere prodest, prius quàm o-
mnia debitè examinaverimus, ne
contenta concussa suam sedem ef-
fugiant, & bullæ aut spumose que-
dam superfluitates enascantur, in-
deque flatulentos, salinolvè spiri-
tus adesse judicaverimus.

14. Hic de urinali breviter admo-
nere inconveniens esse non videtur.
Debet autem urinale ex vitro albo
& tenui fieri ut colores eò exactius
appareant. Viride enim si fuerit,
non solum de coloribus aliquid i-
mutat, sed substantiæ quoque judi-
cium pervertit: adde, quod conten-
ta in illo non exacte apparent.

15. Figuram matulæ admodum
parentem esse non convenit, sed ut
altitudini quoque locus sit, per
quem contenta contineri valeant,

B 3 necesse

neceſſe eſt. Neque nimis arcta aut
lata, alta, craſſa vel duplex eſto. ſed,
quoad eius fieri poteſt, ſimplex &
laevis, multam ad fundum urinam
continens, in triplici dimenſione
æqua proportione correſpondens,
ut quantitas urinæ, quæ omnino &
perfectè excipienda eſt, conſpici
poſſit.

16. Ad Medicū præterea quod re-
fert, cōſiderabit ille locum urinam
inſpiciendi & hominum ætatem,
ſexum, nec non anni tempus.

17. Locus in urinis ſpectandis
commodus erit, non umbratilis,
neque nimis lucidus, ſed in-
ter hos medius quò contenta ma-
niſteſtè videantur. Quod ſi ubi lo-
ca fuerint valde obſcura, ad ſublu-
cidum locum, ubi latentia pateant,
urina eſt transferenda.

18. Neq; ad candelæ lumē cōſide-
randa. Color enim alterat' apparet.

19. Urinæ ad ſolares radios con-
ſpectæ

ut
d,
&
m
ne
ns,
&
ici
e-
m
m,
lis
is,
n-
a-
o-
u-
at,
e-
t.
n-
æ

spectæ color remissior est. Quare
manum tuam, aut pannum nigrum
urinali & soli interpone, atque tum
demum color & contenta distinctè
discerni possunt, neque oculorum
tuorum acies hebetatur.

20. Infantibus in super [ut ad æ-
tates veniamus] aquosæ, lucidæ, &
crudæ minguntur urine.

21. Puerorum urina sanior est
substantiæ spissioris (diaphana e-
nim lethalis est) à subaureis & sub-
cæcis parum recedens, juvenum
urinas substantiâ quodammodo
excedens, & hypostasim cumula-
tam congregatamque continens.

22. Est a. hypostasis, postfundum
subsiciens urinae portio, per totam
urinam æquabiliter diffusa, & py-
ramidali more contiguo sursum
vergens. Quia enim hypostasis
non omnibus suis partibus æ-
què gravis est, q̄ est gravissimū ma-
tulæ [quantū potest] fundum perit,

B 4 de in-

deinde quod paulò minus habet
gravitatis, subsequitur, ut tandem,
quod minimum grave est, accumulè
faciat.

23. Quo pueri sunt natu majores,
eò intensiores urinarum colores
aderunt, sed hypostasis quantitas
minuitur.

24. In juvenibus temperatis & ætate
floribus urina est subaurea, &
subcrocea mediocriq; hypostasis.

25. Quantum ad senectutem ætas
declinat, tantum ad album colorem
urinæ recedunt. Pallidior enim fit
sulphuris tinctura, & hypostasis in-
dies fit minor & obscurior, quod
quidem eorum debilitati, non seni-
o, esse adscribendum censeo. Plu-
ra igitur, contenta expectantur à
pueris, quam in juvenibus & seni-
bus, ratione quietis & facilioris cõ-
coctionis.

26. Porro observandum, juven-
gularum (quo ad sexum) urinas ha-
biliore

biliores esse urinis juvenum, Hypostasis enim earum fit longior, minutior quodammodo & omnino subtilior, juvenum autem semper crassior.

27. Puellarum urina habet in fundo adhuc parvam hypostasin, quæ non benè advertentibus cum superiore contigua apparet, at tamen ea sem hypostasis non est, sed ab illa quamvis sit minutissima, distincta matricisque propria est, ac mulierem sanam & fœcundam indicat, quod in viris non accidit.

28. Ut verò rectius hypostases illas oculis tuis subjicere possis, movenda est mulierum urina. Mota enim parit parvas bullulas inter illas duas hypostases; estque infallibile muliebris urinae signum.

29. Menstruo autem deficiente hypostasis illa parva non cernitur amplius, & est signum olim fœcunda, quamvis postea cum lassitudi-

B s negra-

ne gravedinem lentiat, vergitque
consueta hypostasis ad albedinem,
& secundum vitrum undiq; plum-
bea, uti circulus est, etiã si istę mu-
lieres sint sanę. Secus est in viris,
quorum urina semper eadem ma-
net nisi in decrepitis, ubi colores
(ut dictum est) alterantur.

30. Mulierum insuper vigentis ju-
ventæ atque temperatarum urinæ
nō multum recedunt à colore sub-
aureo & subcroceo, versus album
tamen declinantes, & substantiæ
lucidioris, quodammodo sunt, quã
virorum.

31. De utinis quæ per anni tem-
pus apparent nunc dicamus. Vere
igitur quantum tempus ad cali-
dum processerit, tantundem urina-
rum colores à subspiceo & spiceo
(a spicis dicto) discedens, procedūt
ad colorem subaureum & subcro-
ceum; hypostasis verò à spissiore
incipit mutari in lucidam.

32. Cum

32. Cum æstas incipit, tum urinæ
apparent subaureæ & subcroceæ:
substantia verò lucida: hypostasis
mediocri tenuior apparere incipit
alba, levis & æqualis: procedente ve-
rò æstate & ad summum accedente,
quantitas humoris minor ex pro-
portione spectatur.

33. At verò ubi autumnus acces-
serit, tum colores revertuntur ad
mediocritatem, sed fulgor & dia-
phanitas, ad huc manent, hyposta-
sis est obscura: procedente autem
autumno ad mediocritatem secun-
dum omnia redit urina.

34. Quando verò Sol fuerit cir-
ca hyemale solstitium: tum urinæ
quantitas exproportione reddi-
tur, & color in albedinem vergit,
hypostasis est major, reliqua verò
mediocria.

35. Procedente hyeme urinæ sub-
stantia inæqualis est. Nam interdū

spissa,

spissa, interdum lucida: quantitas
autem humoris major est ex pro-
portione rei ebibitæ, contenta ve-
rò majora & incocta.

36. Ubi æquinoctium vernale ad-
est, hæc disseparantur, & ad medio-
critatem ut redeant, diriguntur.

37. His generalibus observatio-
nibus (quæ maximè necessaria,
observatuque dignissime sunt) præ-
missis, ad urinam ipsam nos conver-
temus,

CAPUT II. DE URINA SANA,

1. Quoniam Contrariorum ea-
dem est disciplina, illaque juxta se
posita clarius elucescunt, prius quã
ad non sanã urinã venerimus de sa-
na non nihil dicemus, ut hac perfe-
ctè cognita, cognoscatur & illa ex-
actius.

2. Urina autem sana ut plurimũ
cognoscitur, quando sulphuris

lin.

tinctora vicit. Illa enim aurea sana
corporis constitutionem annunciat.
Nihil etiam refert, si subaureus
color spiceus vel subspiceus fuerit,
pallidior etiam pro persona constitutione
est perpendendus.

3. In urina sana Ventriculi. Epatis
& Renum concoctio est spectanda,
sicuti etiam eorundem separatio
& expulsio. Ex eorum enim constitutione
bona sanitas pendet.

4. Separandi facultas ventriculi
urinae coloribus dignoscitur. Quippe
separato iam sulphure crudo color
spissus topazio similis in stomacho
remanet, quem si urina profert
hac ex parte separationem sanam
esse non dubitamus.

5. Quod si salis aut mercurii colores
excesserint, urina est abominanda.
Abolutam autem salis separationem
ventriculi, tum exacte concinnata
hypostasis, tum color ejuldem
inter fuscum & coelestem
medius ostendit.

6 Mer.

6. Mercurii eadem est habenda ratio. Quando enim ille, [qui natura gravis fundum petit] supremę urine tam substantia quam colore similimus fuerit, separatio ejus est bona.

7. Notandum hęc, sulphur supremam urine partem, sal mediam, & in hac hypostasin, Mercurium autem infimam regionem semper occupare.

8. Concoctionis signa sunt: Urina in substantia ac colore diaphana talis exactam digestionem docet. Pari modo quando ea, quę in fundo resident, ac hypostasis, summaque urine pars justo dissident intervallo Mercurium probe coctum judicabis.

9. Silentio tamen non prætereundam in urina, præsertim exteriore, fundum semper aliquantulum spissiore in superiore parte, attamen perspicuum & transparentem requiri.

10. Ex

10. Expultrix porrò facultas non est negligenda, quam planè nulla ex parte excessisse urinæ quantitas unà cum hypostasi demonstrat.

11. Proinde in quantitate urinæ ut cognoscere possis, habebis vas octo unciarum, cui urinam infundes, atque ad lancem appendes, & quando exactè octo uncias libraverit, urinam sanam esse judicabis; quò verò magis ad septem uncias declinaverit, etiam magis ad sulphur accedit. Sin autem octo unciarum pondus excesserit, mercurialis morbus instat. Sed cum recesserit, ad sex uncias vel circiter, salis est. Sal etenim urinæ reliquis duobus principiis levius est.

12. Hæc in decreptorum urinis observanda sunt; at in juvenibus res aliter sese habet, siquidem eorum urina esto sex unciarū, si verò alterutram partem comperies diminutam, minus benè habentis est indicium.

13. At

13. Atque ex his aduersa stomacho quæ accidere possunt ad unguem iudicabis.

14. Haecenus de prospera stomachi valetudine: Hepatis quod attinet, deprehendes illam, si ea, quæ in urina continentur diaphana, clara & perspicua reluxerint. Eaque imprimis laudatur urina, quæ radios in manum transusos reflectit; sulphurque optime separatum testatur. Quod verò in fundo residet; si tantum lucidum fuerit, ut radii eius per utrumque fundum appareant, mercurium ad amissim segregatum denotat.

15. Concoctionem ostendit urina agitata lucidiorem servans habitum. Idem quoque hypostasis; commotione non dispersa, monstrat. Fundus autem immotus, nec in minimas distractus partes mercurium bene digestum significat.

16. At hypostasis in superiore parte

te lata, defectum virtutis expulsi-
annunciat. Hypostasis enim pro-
prium est sursum in acutū verge-
re, & acumine superiora tangere.

17. Hæc de Hepate: Renum ha-
bitum declarant color, hypostasis,
atque ea, quæ fundo continentur,
rectè se habentia, nullaquæ agita-
tione turbata, quamvis eorum
quantitati, justo tamen retento si-
tu & ordine, nonnihil detrahatur.

18. Urina aurea exactè in reni-
bus separationis est signum.

19. Ubi fundi minus dignosci
poterunt, mala separatio denota-
tur.

20. Fundus clarus dupliciter ad
manum reflectens, spiceus unus,
subspiceus alter bonam separatio-
nem significat, nulla tamen præ-
sente spuma.

21. Spuma enim in exteriori u-
rina absolutè podagram, nec quic-
quam aliud indicat.

C

22. Uri-

22. Urinæ itaque perfectæ sanæ
indicia sunt; Hypostasis porola,
contigua, & symmetriam non ex-
cedens, cui color ad latus utrumq;
pertensus, summaque eius parte
relictus sit, & cum urina à Medico
egregiè turbata spumã reddit, ea-
que ex motu causata subito evane-
scit, hypostasi decenter medium
tenente, fundoque benè se haben-
te.

23. Hęc de urina sana in præsen-
tiarum dicta sufficiant, cui quic-
quid alienum acciderit, inauspica-
tum judicabis.

CAP. III. DE URINA TAR- TARI ALCOLIZATI.

1. Urina est simplex aut mixta.
2. Simplex est quæ uno & simpli-
ci circulo [vulgo, corona] cogno-
scitur.
3. Circulus est exterior urinæ su-
premæ pars, vitro undique adha-
rens.

4 Sim

4. Simplex urina est externa aut
interna.

5. Externa habet circulum livi-
dum, & provenit ex nutrimentis,
nec quicquam aliud, quam quod
ad stomachum, epar, renes, vesi-
cam, & totam istam nutritionis re-
gionem attinet, denotat, atque in
his separationem puri ab impuro,
digestionemq; ac expulsionem sa-
lis, sulphuris & mercurii docet.
Hypostasis enim salis, color sul-
phuris, fundus mercurii qualita-
tem ostendit.

6. Urina non sana externa est
Tartari & Rubini.

7. Urina tartari est urina exteri-
or morborum ex tartaro oriundo-
rum habitum declarans.

8. Urina tartari est congelata vel
resoluta.

9. Congelata, est quæ in mem-
bris nutritioni destinatis Congela-
tum tartarum demonstrat.

C 2

10. Est.

10. Estque Alcolita vel Tremula.

11. Urina Alcolita, est quando tartarus in partes minutas dissolutus exit, quod multipliciter fit. Aliquando exeunt cum urina granula alba, aliquando usnea apparet, sicuti in matulis arena fundo adherens cernitur.

12. Aliquando nihil conspici potest, at si per aliquot horas matulam se posueris, donec urina refrigerat, adherere matulae usneam aut pruinae videbis.

13. Alcolam autem hac occultata apparent fibrae albae instar conciliae lanae. Nonnunquam illa alcolam in liquorem mucilaginosum resolvitur, & urina infundo spissa est, quae omnium pessima est, & praesentissimum calculi in vesica signum esse dicitur.

14. Quia vero membrorum concoctioni destinatorum morbos hinc inde inquirere convenit, sciendum est,

est hypostasin indicare tartarum
Stomachi, divulsionem Epatis, Se-
dimen veró Renum.

15. Divulsio, est quando hypo-
stasis instar nebularum est divulsa
ac dispersa.

16. Sedimē est, cum spissa nubes
aut nebula in fundo residet.

17. Si Hypostasis est porosa, hūc-
que locū occupat, illū verò minus,
nec non in foraminibus aut poris
alcola cernitur, est signum tartari
in stomacho, & poterit indicium
esse arsure stomachi, orexis, aut
compressionis thocacis in furcudā
pectoralī, cum suis symptomati-
bus.

18. Si hypostasis fuerit rubicun-
dior urinā, vehementes stomachi
dolores decernit.

19. Si hypostasis superiorem uri-
næ locum obtinuerit, non medio-
crem capitis dolorem adesse signi-
ficabit.

20. Quando autem ceciderit frustulatim divulsa ac foraminosa, est signum tartari in hepate, inde cōpunctiones in latere dextro, & hæc divulsiō rubea acutiorem morbum designat, & egros frigidiores habere manus ostendit.

21. Quod si divulsiō fundū versus residet, significat tartarū in inferioribus hepatis partibus infra costas.

22. Sedimen cum fundo residens ostēdit tartarū in renibus præcedere. Illo autem rubeo existente, morbus est acutior.

23. Orobeum sedimen (quod ab orobo seu ervo deglubro nomen accepit) in urinis apparens, carnem, pingui jam consumpto, imminui demonstrat. Significat enim in iis, qui toto corpore febriunt, universi corporis colliquationem, in iis verò, qui nulla affliguntur febre, renum duntaxat colliquationem

fructus est
cō-
hec
bun
abe:
ver-
in-
ntra
lens
ede.
nte,
l ab
nen
car-
im-
nim
t, u-
m ,
r fe.
tio-
nem

nem indicat, & in matulæ fundo
tantum residet, quantum de carnis
substantia depascitur.

24. Si autem ejusmodi orobeam
sedimen in mulieris urina fuerit
conspicuum, nonnunquam retē-
tionem menstrui indicat; Sin verò
nigrum fuerit eius superfluitatem.

25. Lamineum sedimen [quod
laminarum instar latum & tenue
est] solidarum corporis partium
tabem significat.

26. Araneæ in urina natantes
cum febris, totius corporis tabem
denotant.

27. Urina cum sedimine nebu-
loso rubea significat pruina aut
usneam in renibus, in fœmoribus
dolores moventem.

28. Si arena cum sedimine appa-
ret, vitium stomachi, & in furcula
pectoralis compressiones indicantur.

29. Singrandines aut pruina

C 4

refert

refert, semper in renibus erit, & esse
generatio marmoris rubei.

30. In alcola tamen in primis cō-
sideranda sunt qualitates, acciden-
tia & signa.

31. Qualitas est triplex: resoluta
arenosa, & mucilaginoso.

32. Resoluta alcolę qualitas, est,
cum tartarus prorsus occultatur,
nec ullum superiorum signorum
emittit, sed resolutus ab urina se-
paratur, discretusque supra alium
significatur.

33. Hęc resolutę alcolę qualitas
alba, lactea ut serum lactis, & aquea
significat calculum ex lapillis &
generationem lapidis.

34. Rubea subrubea, aurea, cro-
cea, tineta docet arenam & mar-
mor.

35. In quorum urinis veluti are-
nulę consistunt, iis vesica ex cal-
culo laborat.

36. Arena alba ut farina furfurea,
signis

significat calculum ex lapillis cum
bolo Rubea verò citrinaque qua-
litate materia sicuti apparet, o-
stendit.

37. Alba urina cum arena alba,
lapidem vesicæ denotat.

38. Urina rubea cum arena ru-
bea, signum lapidis rubei in reni-
bus.

39. Si urina arenosa habet sedi-
men, signum est futurorum grandi-
num.

40. Quibus cum urina spissa ca-
runculæ parvæ, aut veluti capilli e-
xeunt, præsertim si rubeæ, nulla
præsentē febre iis à renibus secer-
nitur, & significat renum obstru-
ctionem & inde ortam inflamma-
tionem, à mucilaginoso tartaro,
sicuti fit in stranguria, disturia atq;
in istius lateris pede, in cuius rene
istud malum est, aliquo modo sen-
titur.

41. Si cum eiusmodi urina puru-
lenta

C S

tenta quædam materia excernitur,
renum aut vesicæ exulcerationem
idque pro materiæ colore demon-
strat.

42. Ostendit etiam nonnunquã
semen post Venereum actum pro-
diisse, aut exulceratam gonorrhæ-
am. Sed in mulierum urinis men-
struum album, vel impuram ma-
tricem donat.

43. Quibus cum urinâ spissâ
furfurea quædã simul exeunt [sub-
intellige cum quadam pinguedi-
ne urinis supernatante] iis vesica
scabie laborat. Quibus autem e-
jusmodi urina cum febris procedit,
iis febris in profundis vasis infixæ &
periculosa est.

44. Hæc de qualitate arenosa:
Mucilaginosâ, est cum mucilago
quædam in urina reperitur.

45. Mucilaginosâ, bituminosâ,
viscosâ, tartarum non satis confe-
ctum esse docet.

46 Si ea fuerit alba, signum est
vehementis lapidis.

47. Arena cum mucilagine, plu-
rium lapidum signum est, & quã-
vis mucus ille non sit lapis, lapidis
tamen indicium est.

48. Si mucilaginosã fuerit aurea,
ex spermate provenit.

49. Hucusque qualitates: Acci-
dentia alcolæ, sunt sanguis, pus, sa-
nics, & restrictio.

50. Quicumque sponte sangui-
nem mingunt, ut urina aquam
tingere possit, iis à renibus venula
rupta significatur. Venulam hanc
tartarus aperuit, & tum sine dolo-
re secernitur, quæ aliquando rur-
sus per se ipsum consolidatur, ali-
quando iterum aperitur.

51. Quod si frustulatim exit, si-
gnum est sanguinis coagulati, qui
multoties hominem interimit.

52. Sanguis purus cum dolore &
punctionibus in dextro latere à je-
core excernitur.

53.

53. Sanguis in urina grossus & grumosus cum fatore & doloribus secundum genitalia à vesica prodit.

54. Sanguis grumosus fundum petens, menstruum mulierum denotat.

55. Si quis sanguinē aut pus minxerit, aut squamulas, & gravis dolor adsit, præsertim cum urina alba ad lividam inclinare, vesicæ exulcerationem significat. Sicut enim insuavis odor putrefactionem denotat, ita etiam squamule locum demonstrant.

56. Si pus est rubeum, significat morbum adhuc esse in renibus, si verò album, tunc est in vesica, & loci exulcerationem docet.

57. Sanies loci putrefactionem indicat.

58. Restrictio est quando urina restringitur.

59. Hactenus accidentia: signa
aut

autsune extranea aut ab experi-
entia.

60. Signa extranea sunt, emissio
involuntaria & ardor guttatus.

61. Emissio involuntaria, est cū
quispiam urinam emittit, nec sen-
tit, & est signum tartari poros pe-
netrantis, nec recta aut conveni-
enti via vesicam intrantis.

62. Ardor guttatus est, cum
quis guttatim mingit & est nota
tartari acuti. Hæc utina si alba fue-
rit, tartarus tendit ad calculum, si
rubea, ad gradines.

63. Ab experientia est, quando
urina sana apparet, nec quicquam
in ea deprehenditur, & tamen æ-
ger nihilominus tartarum sentit.
Illud itaque experientiâ est inqui-
rendum, idque per spiritum, aut
per salem investigatur.

64. Si per spiritum, urina est de-
stillanda, & quod ex destillatione
provenit, in frigidam ponito, ac cū
in

in fundo Cryсталlos instar salis petreæ subito ascendentes projecerit, signum evidens mali est.

65. Si per tal vis experiri, seponito urinã per tres aut quatuor dies, & tartarus matulæ instar salis petreæ undique adherescet, aliquando albus, aliquando rubeus. Hæc duo per experientiam conquisita signa incurabilem morbum, nisi arena aut mucilago, aut aliud ex superioribus signis simul concurrerit, indicant.

CAP. IV. DE URINATRE MULA.

1. Hactenus de urina alcoholita, tremula sequitur.
2. Urina tremula est, quando urina ascendendo descendendoque fervere seu bullire cernitur, & oppilationem significat.
3. Urina diaphana pallida significat oppilationem stomachi.

4. U.

4. Urina citrina diaphana, puncturas in meseraicis notat.

5. Urina rubea, est Epatis; crocea, renum; in fundo verò caloris indicium est.

6. Urina pallida cum spuma signum paroxysmi febrilis. Rubea quoque cum spuma, significat febrim, sic etiam crocea pro diversitate loci.

7. Si circulus clarus est, & spuma caret, ut plurimum designat pestem.

8. Si turbida fuerit cum spuma & sedimento caret, pleuresin notat, vel aliud epatis apostema si rubea etiam fuerit.

9. Urina rubea in modum rosæ, plerumque Ephemeræ signum est.

10. Urina rubea spissa præter contentum, mortem indicat.

11. Urina rubea vel crocea modica & spissa, evidens hydropisis signum est.

12. Urina multa crocea & rubi-
cundissima, ita ut impositum & rur-
sus exiccatum pannum croceo co-
lore tingat, diabetem demonstrat.

13. Urina pauca crocea non tin-
gens impositum pannum quotidi-
anæ febris renum nota est.

14. Urina multa & aquea crudâ
hypostasim habens, hydropem aut
anasarcam indicat.

15. Si urina intra septem, novem
vel quindecim dies non alteratur,
sed eadem manet signum est mor-
bichronici

16. Urina bona, clara, diphana,
spadix est signum mortis, & si ei ac-
cesserit foetor, mors præsentissima
portenditur: sin verò porosa fue-
rit, salutis & vitæ indicium est.

17. Urina æqualis, hoc est, hypo-
stasin æqua lance librata habens
opilationem in regionibus stoma-
chi esse docet.

18. Quibus adhuc febricitanti-
bus

ubi
rur.
co-
rat.
tin-
idi-
rudā
aut
vem
tur,
nor-
ana,
iac.
ima
fuc-
ypo-
bens
ma-
nti-
bus

bus urinæ sunt spissæ, grumosæ,
paucæ, multitudo earum lucida
superveniens, juvat, præcipuè au-
tem tales sunt, quibus ab initio
vel non ita multò post sedimen in-
est.

19. Urina diaphana contentis,
hypostasi & aliis signis destituta,
aut cerusea diaphana obstructio-
nem hepatis demonstrat.

20. Urina per rubra lucida renū
obstructionem indicat.

CAP. V. DE TARTAREA RE- SOLUTA.

1. Hæc de tartarea urina cogela-
ta; Resoluta, est quando tartarus
in membris principalioribus reso-
lutus putrescit, urinamque fæten-
tem facit, & à fætoze ista urina sca-
tea appellatur. Ex hac morbi è pu-
trefactione nali cognoscuntur.

2. Scatea urina cognoscitur o-
dore & sapore.

3. Ut autem duplex est est putre-
factio, nutrimenti nimirum, & cor-

D poris

poris nutriendi, ita & duplex factus est.

4. Urina igitur factens alba nutrimenti putrefactionem designat; aliis autem tincta coloribus & factens, corporis putrefactionem ostendit.

5. Si pallida, non tamen lactea, factet, est putrefactio stomachi, & spiritus factet: si rubea, Hepatis; si vero crocea, renum.

6. Quando turbida, hoc est nullum verum colorem habens, extiterit, putrefactio in tribus his membris simul erit.

7. Urina factens sine hypostasi, est ventriculi; corrupta, hepatis, turbida & spissa, renum.

8. Urina factens stomachi cum colore rubeo, significat febres stomachi.

9. Eadem cum colore albo, malam digestionem & separationem indicat.

10. Urina corrupta factens cum colore

re albo, monstrat hepatis putrefa-
ctionem; sed cum rubeo colore,
febrem.

11. Urina spissa alba significat re-
num frigiditatem, rubea autē do-
lores renum indicat cum febre.

12. Urina foetens nigra pulmonis
& pectoris inflammationem ac
plerumque mortem adesse docet;

13. Atomirubei aut albi cū grav
odore apparentes totius corporis
putrefactionem, aut morbum Gal-
licum significat.

14. Nullus omninò urinæ o-
dor, sulphuris & innaturalis de-
fectum, mortalemque frigiditatē
in acutis morbis arguit.

15. Ad odorem quod attinet, cō-
sistit iste in sulphure, mercurio, &
sale.

16. Odores sulphuris sunt tres:
picis, olei, & sulphuris vulgaris, e-
orumque materiam peccans est
sulphur.

17. Odor picis, est cum pix suto

D 2

ria

ria comburitur super carbones. O:
seum, cum projeceris in ignem, fe-
torem percipies. Sulphuris odor
ab incenso sulphure dicitur: Atq;
his febres indicantur.

18. Mercurii odores sunt, odor
ireos carnis seu juris carniū &
herbarum; sive cum introducitur
seum, horumque materia peccās
est Mercurius, & sunt signum le-
præ.

19. Odores salis sunt; crudi salis
arsenici seu cęparum, & spirituum.
Dicuntur hi odores à simili, ut si
salem, arsenicum, vitriolumve su-
per prunas projeceris, qualem sa-
porem aut factorem animadvertē-
ris, talem in urina iudicabis.

20. Ex sapore materia morbi co-
gnoscitur. Qualis enim sapor, ta-
lis materia peccans.

CAP. VI. DE URINA RUBINI.

1. Haftenus de urina externa tar-
tar

tari locuti sumus, restat ut ad rubi-
ni urinam descendamus.

2. Rubinum, est id quod mem-
bris nutrimentū præbet, digestum
scilicet à stomacho ad hepar trans-
missum; à colore rubicundo sic no-
minata.

3. Urina rubini, est fecula aut for-
mula.

4. Fecula à fecibus dicta, est quā-
do urina corrumpitur, & significat
virtutis attractive defectum.

5. Si urina ante quinque horas
corrumpitur, phthyleos & hectice
signum est.

6. Formula, à forma quæ dici-
tur, nutrimenti, est quando urina
est ogra, aut rubea similis carni, &
decernit digestivæ & attractive vir-
tutis intermissionem, quod videli-
cet chylum indigestum ad vesicam
transmittit, & significat dysenteri-
am aut diarrhæam.

CAP. VII. DE URINÆ IN-

TERNÆ COLORIBUS.

D 3

1. Ha

1. Haftenus de urina externa; interna sequitur.
2. Urina interna est, quando circulus coloratior quodam modo ad rubedinem tendit.
3. Ex hac urina gravissimi morbi, adeoque omnium membrorum [exceptis stomacho, qui externam cognoscitur, & corde quod expulsum iudicatur] atque imprimis isti qui ab ipsa natura proveniunt, dignosci & iudicari possunt.
4. Estque & hoc alio [ut ajunt] calculo notandum, quod ex huius urinae circulo solummodo de capitis dolore [nisi ab aliis inferioribus membris symptomatice trahatur] quippiam certi pronunciari possit, ex reliquarum autem circulis minus cum isti nihil aliud, quam urinae differentiam, hoc est, an sit externa nec ne doceant.
5. In urina interna [quam Theophrastus Paracelsus etiam urinam cruoris appellat] tria consideranda

da veniant, color, substantia & contentum.

6. Ex colore judicatur membrū ægrum; ex substantia morbi qualitas, quoad nimirum iste sit duraturus, & an periculo sit expositus nec ne; ex contento morbus ipse. Quocirca hæc tria accuratè consideranda & perpendenda sunt. Exactissimam etenim morborum signaturam representant & exprimunt.]

7. Ut autem felicius hoc in negotio progrediamur, priusquam de morbi qualitate, ipsumque morbum indicantibus agemus, quomodo membra ægra coloribus discernantur & cognoscantur præmittere nobis commodè visum est.

8. Dependet autem in hac urina color vel à partibus vel ab excrementis.

9. A partibus dependet vel dissimilaribus, vel similaribus.

10. Partium dissimilatum color

D 4 pro-

proprius, est sex principalium mem-
brorum, cerebri, pulmonis, fellis,
Epatis, splenis & renum.

11. Cerebri color est albus, non
tamen hactenus spumam habens
vitream, cerebrique morbi inde
diagnoscuntur.

12. Pulmonis urina est vinea
[à vino nigriore, veluti colore he-
patis, dicta] cum spuma. Atque us-
que adeo in pejus se prodit hæc u-
rina, quantum à colore subrubeo
discedit rubeum; ad subrubeum ve-
rò inclinans minus periculosum
denotat morbum.

13. Fellis urina colorem flavum
vel album viridem reflexionem re-
ferentem, cum spuma urinæ simi-
lis in medium producit.

14. Hepar colorem vineum sine
spuma sibi vindicat.

15. Splenis urinam designans
color, est spadix cum modica spu-
ma secundum circulum, & certo
dolorem in sinistro latere demon-
strat.

6. Re.

16. **Renes** producunt urinam E-
pati similem, sed magis diaphanū
quàm pulmonis, cum innatante
quadam pinguedine.

17. Hæc de partium dissimilari-
um coloribus: sequuntur septem
partium similarium, ut pote, carnis
pinguedinis, ligamentorū, intestino-
rū, cartilaginis, cutis & sanguinis.

18. Carnis color est similis lotu-
ræ carniū, & phthysin univer-
salem, sine alicuius particularis
membri dolore significat.

19. Sed calor qui à pinguedine de-
rivat est pallidus cum pinguedine, &
circa umbilicum punctiones ven-
tris, qualis in passione colica acci-
dunt, denotat.

20. Ligamentorum urina affert
colorem album diaphanum cum
spuma cerebri lucidiore, & albo
circulo iuncta. Hæc urina ut rara
est, ita verissimè podagram, Chyra-
gram vel sciaticam significat.

21. Intestinorum urina est pellu-
cida aquæ distillatæ similis cū mo-

dica in medio natante spuma; & designat iliacam colicamvè passionem; sicuti etiam dysenteriam, lienteriam, diarrhæam & alios intestinorum morbos demonstrat.

22. Cartilago & vesicæ referunt urinam magnis diuque durantibus ampullis lividam.

23. Ejusmodi urina sine spuma cutis est; quæ plerûq; leprâ significat.

24. Color lateritius, cæruleus, viridis aut niger, in superiore urina clarus, in inferiore autem spissior à sanguine dependet. Hæc ob plagas & verbera frequentior apparet, magnamque sanguinis morificationem ostendit.

25. Partium coloribus hucusq; demonstratis, excrementorum deinceps explicabuntur, quæ sunt: Mucus, sudor, excrementum aurium, lachrymæ stercus, & urina per se.

26. Mucus habet colorem albû cum mucilagine in fundo, & cerebri vitia declarat.

27. Urina tenuis cum circulo la

10 & aqueo significat sudorem in
cruorem conversum esse.

28. Minutissime portunculæ luteæ
vel atomi urinæ innatantes, docēt
auriū excrementū per urinæ mea-
tū descendisse, & urgētes aurium
dolores ostendit, sicuti etiā capitis.

29. Cerebri urinę color cum mi-
nutissimis bullis, lachrymas descē-
disse notat.

30. Color rubeus cum modica
spuma alba, est stercoris, & lapillū
intestinorum ventrisque constipa-
tionem indicat.

31. Color subalbus, hoc est, quā-
do urina aliquandiu seposita cor-
rumpitur, & decoloratur, est urinę
per se non sanæ.

CAP VIII. DE URINÆ SUB- STANTIA.

1. Hucusque de colore egimus;
sequitur de substantia.

2. Dicitur autem substantia tota
urina hypostasi & sedimine caerns.

3. Urinæ substantia est spissa, lu-
cida & diaphana.

4. Spissa [vulgò crassa] est quam
oculorum acies non penetrat, cu-
iuscunque sit coloris, & pugnam
naturæ cum materia peccante
plerumque indicat.

5. Lucida (tenuis) est per quam
manus cernitur & nonnunquam
magnam debilitatem virtutis ar-
guit, atque eò magis, quò cum co-
loribus malignioribus inspectatur.

6. Diaphana est, quæ tota est
pellucida, ut etiam paries per eam
conspici possit, & extremam quã-
dam naturæ debilitatem arguit id-
que ob genuini caloris defectum.

7. Sed has sigillatim explicabim⁹
secundum membra Proinde si pul-
monis, hepatis & renum urina spis-
sa est, eorundem sanitatem arguit;
sin autem lucida haud bonum au-
gurium est; sed diaphana ad mor-
tem comitatur.

8. Cerebri & splenis urina spissa,
mediocris fortunæ est; lucida au-
tem bonæ, ac mediocris optimæ,
quæ

quæ videlicet extra omne natu-
ræ discrimen aut detrimentum
versatur.

9. Fellis urina mortem indicat,
quæ si fuerit lucida, morbus erit sa-
nabilis; diaphana verò bona est.

10. Cartilaginis, intestinorum, li-
gamentorum, & cutis urina spissa
bona est; sed lucida periculo expo-
nitur, quia æger totus à medici pe-
ritia pendet: diaphana verò pro-
pendet ad crisin hoc est eodem die
æger, quo crisis est, moritur.

11. Carnis pinguedinis, & langui-
nis urina spissa tendit ad morbum
chronicum: lucida fortunam in u-
trumque paratam ostendit, sive illa
ad vitam, sive ad mortem faciat:
diaphana autem incurabilem ar-
guit & valetudinem.

12. Muci seu phlegmatis & la-
chrymarum urina, sicut etiam su-
doris atque spuli si spissa fuerit, ma-
la est: si lucida, Optima: quæ etiã
sine omni adhibito medicamento
ad

ad pristinam sanitatem reducitur;
diaphana verò approximantis sa-
lutis signum est.

13. Excrementi aurium & ster-
coris urina spissa, critica est: lucida
intervalli, quæ non statim criticat,
sed criticus dies produci potest: di-
aphana, sanitatis.

CAP. IX. DE CONTEN- TIS.

1. Hæc de urinæ substantia: re-
stat ut ad eius contenta enuclean-
da progrediamur.

2. Contentum in urina, est omne
id quod in superficie urinæ cerni-
tur, ut circulus, spuma & bulla.

3. Oritur autem circulus ex sul-
phure, spuma ex mercurio, bulla
ex sale. Idcirco & eorundem morbi
inde sunt cognoscendi.

4. Sed spuma & bulla differunt;
spuma siquidem undique vitro ad-
hæret, bullæ verò nonnullæ in su-
perficie urinæ sunt, neque vitrum
ulla parte attingunt.

5. Dilcolor circulus in modum iridis

nota est morbi caduci gravissimi.

6. Circulus venter, vel niger morbum caducū, aut cerebri mortificationem significat.

7. Circulus lividus aliquot post dies rubeus, animalis facultatis deperditæ restaturationem indicat.

8. Circulus exterior viridis existens, significat icteritiā mortalem.

9. Viridis circulus in matricis suffocatione prognos mortis est.

10. In febribus eiusmodi urinæ acutis phrenesin aut capitis inflammationem indicat.

11. Circulus croceus capitis dolorem ob sulphuris excessū demonstrat.

12. Aqueus circulus & albus phlegmatis in synepite abundantiam arguit.

13. Subrubeus, aut purpureus circulus sanguinis in capite abundantiam multū secundū tempora dolorem gignentē, venarumq; impletionem designat, ut etiā æger atomos ante oculos volitare putet.

Circulus lucidus spiceus dolorem in

sinistra capitis regione ex melancholico humore oriundum demonstrat.

15. Circulus caelestini coloris, ut saepe accidit, est mulieribus proprius, & arguit putrefactionem in matrice ad lepram tendentem.

16. In vinea aut passea urina spumeus circulus albus aut albicans, abundantiam humorum ostendit.

17. Circulus dimidiatus, in altero latere paralytin annunciat.

18. Circulus cum urina spissiore maximè spissus, rubeusque aut laterini coloris, lethargiam praesentem aut appropinquantem denotat.

19. Si verò clarus & urina circulo spissior fuerit, hydropisis signum est.

20. Si omnia contenta evanescent, & in aequum circulum resolvuntur hypofarchäadede clarant.

21. Urina pulchra subrubea, cum
dupli

duplici circulo, fusio videlicet & flavo, symphytam strictam monstrat.

22. Alcola in circulo, morbum chronicum denotat.

23. Hæc si in mulierum urinis contingit, signum est imprægnationis, aut molæ matricis.

24. Circulus spumeus tribus digitis latis à vitro distans, mulierum est uterum gerentium.

25. Hic arcus si fuerit coloratus, haud boni partus, matricisque deficientis indicium est.

26. Circulus tremulus est prognosis apoplexiæ.

27. Præterea, in spuma si fuerint granula alba & parva, paralyfis significatur: quanto autem minora fuerint, tanto veraciores nuncii erunt.

28. Si a. granula ista sub urinæ circulum descendunt, paralyfin ad casum resolutam, aut casum jam factum indicant.

E

29. Si

29. Si spuma non abit, sed diu supra urinam consistit, vitium pedionis ex phlegmate in cannis eius sito indicatur.

30. Spuma, quæ ex se circulum, supra circulum, eumque interius album efficit, delignat apoplexiam.

31. Si spuma ex majoribus ampullis constituta fuerit, est signum corporis plethorici, quamvis eiusmodi urinam reddens nulli morbo sit obnoxius.

32. Spuma flava vel viridis principium icteritiæ notat.

33. Si spuma cava jacet & vitro adhæret nec tamen circulum attingit, circulusque sub spuma alba fuerit niger, signum morlisca.

34. Spuma nigra dispersa, signum est icteritiæ nigræ.

35. Si spuma ob gravitatem fundum petit, & ibi residet, tremorẽ cordis aut in cubum notat.

36. Bullæ in urina indicant morbos

bose ex salibus oriundos, atque ex
iis ventositates judicamus.

37. Bullæ albæ in virorum urinis
principium colicæ indicant.

38. Hæ in muliebri urina, suffo-
cationem aut præcipationem
matricis portendunt.

39. Bullæ in urina lucida & hy-
potasi privata, renum oppilatio-
nē indicant; Et si quas versus me-
diam urina superficiem pendere
viderimus eæ affectionis ostendūt
remissionem.

40. Bullæ virides morbum cadu-
cum denotant.

41. Bullæ rubæ, sinocham fe-
brem, aut causonem demōstrant.

42. Bullæ flavæ sunt icteritiæ
nota.

43. Ceruteæ Bullæ lepram ad-
esse docent.

44. Bullæ invicem ascendentes
morbum in capite fixum nec ad a-
lia membra descendentem mon-
strant.

E 2

45.

45. Quod si bullæ simul cum spū
ma fuerint, phthysis signum.

46. Circulus, spuma ac bulla e-
iusdem coloris, morbum ferè in-
curabilem & Chronicum osten-
dunt.

47. Quando in urina sana hæc
tria conglutinantur, vitium est in
præcordiis.

48. Hæc de urina simplici dicta
sufficiant, ad mixtam declarandã
denique descendamus.

C A P. X. DE URINA MI- XTA.

1. Urina mixta, est quæ exteriore
& interiore urina composita du-
plicem circulum diversi coloris habet.

2. Urina mixta si fuerit viridis
diaphana, dolor splenis indicatur
periculosus: quando autem nebu-
las aut tenebras habet, prædicit,
imò etiam in febribus acutis eius-
modi urina mortem comitatur.

3. Talis urina viridis nonnunquã
etiam

etiam quartanę externę signū est.

4. Viridis in nigrū mutata mortis est.

5. Viridis urina pueri spasmus indicat.

6. Hominis de stomachi doloribus conquerentis urina viridis, ostendit venenum haustum esse.

7. Viridis cum circulo viridi in phrenesi, mortem prælagit.

8. Olei color urina, hoc est, quæ tota evidentem olei colorem refert, paulatim procedens, & multo tempore confirmata, significat hæticam febrem per totum corpus diffusam esse.

9. Color ejusmodi lucidior, augmentū morbi indicat, corporisq; piguedinē colloquari: si verò oleacea fuerit passionem in summo esse ostendit, ut pote cum exacte pingue jam sit colliquatum, mortemque præsentissimam minatur, eamque eò certius si pauca atque foetens fuerit.

E 3 2 10.

10. Rubra urina diaphana, lucida vel spissa morbum præsentem non venientem ostendit.

11. Monet autem hæc urina calorem vehementem adesse, eumque cum calidis morbis, ut pœre apostemate & similibus.

12. Urina rubra & subrubra in senibus & iis, qui jam pridem naturalem calorem imminuerunt, est pessima, nec parvus metus est, ne defessa vitali virtute cum passionis solutione mors irruat, In juvenibus verò non adeò eiusmodi urina est metuenda.

13. Si talis urina spissa fuerit, ñgnum est salutis, at diaphana mortem indicat.

14. Si ad fuerit spuma, maxima, cum repletionem morbus demonstratur.

15. Monendum hîc bullam & spumam superiorem corporis partem, quæ videlicet supra diaphragma est, significare,

16. Bulla in urina rubea, est signū
consumptæ partis superioris.

17. Urina rubea cum circulo al-
terius coloris, morbum secundum
umbilicum ostendit.

18. Urina rubea cum sedimine
albo menstrui fluxum portendit.

19. Urina rubea cum sedimine
rubeo eiusdem retentionem.

20. Quando sedimentum in tali
urina neque album, neque rubeū
est, sciaticam denotat.

21. Color rubeus in hydropisi est
signum mortis.

22. Rubea in sciatica aliquan-
diu perseverans, apostema illic la-
titare docet.

23. Rubea in acuta febris ruborē
non dimittens, neque ad fundum
deponens, mortis est.

24. Rubea & turbida significat
apostema hepatis.

25. Rubea in lividam mutata,
apostematis pectoris vel peripneu-
monia indicium est.

26. Rubea spissa, quæ mota vitrum colore croceo tingit, icteritiam significat.

27. Urina neq; ad rubedinẽ, neq; ad albedinem prorsus declinans, certissimum signum mortis est.

28. Si spuma aut nebula in eiusmodi urinæ superficie fuerit, mortem annunciat.

29. Aurea urina lucida, hypostasin perpaucam obscuram, aut nullam habens, sulphur vel à multorum acrium ciborum, vel medicamentorum acutorum, vel sanguinis fervore inflammatum indicat.

30. Talis urina crocea, sulphur ob mœroris, curæ, vigiliarum, solis æstus, & eius generis causam æstuans demonstrat.

31. Citrina cum nebula spissa, est signum mortis.

32. Eadem cum bulla, spumavẽ, mortem annunciat ex superioribus membris imminentem; cum sedimine autem ex renibus aut Ichia irruentem docet.

33. Ejusmodi urina cum circulo albo diaphano instar aquæ destillatæ, mortem ex intestinis denotat.

34. Alba urina frigiditatis est indicium, & ex ea potissimum hydro-
pisis & hypofarca judicantur.

35. Alba diaphana, ut aqua, bona est; lucida sanior; spissa saluberrima.

36. Alba urina cum circulo livido obstructionem cerebri & caducum ostendit.

37. Urina passæa [hoc est, cuius color magis quam in vinea est intensus, maximeque similis passo, quod ex uva nigra decocta, vel musto ad tertias cocta, conficitur] summum sulphuris inflammati fervorem indicat; dum autem passæa permanens est, caducum demonstrat.

38. Livida urina in phthysi vel phrenesi mortis est.

39. Livida in parte superiori, ca-

E § **ducum**

ducum vel alios capitis affectus ostendit.

40. Urina plane livida, vel etiam ad nigredinem declinans mortis est.

41. Nigra urina nebulosa, morbum ad mortem vergere indicat.

42. Hæc sine nebula, apostema, idque jam pridem expulsum iri, demonstrat.

43. Eadem in febribus acutis sæper mala, & mortis nuncia est: sed in quartanis febribus, aut aliis chronicis ac melancholicis morbis futuram salutem indicat.

44. Nigra cum sedimento nigro in acutis febribus capitis dolorem & rationis conturbationem ostendit.

45. Mulieris urina clara cum sedimine nigro, menstrui non naturale profluvium demonstrat.

46. Nigra guttatim mixta, mortis nuncia est.

Nigra à febris principio ad septimum

mum continuata, ægro salutem
prædicat.

48. Eadem in febribus, ægro
propè caput, collum vel dorsum
sudante, instantem mortem ar-
guit.

49. Violacea urina diaphana ad
mortem est, si hominis graviter
decumbentis fuerit, sin verò non
decumbentis ad lepram est.

50. Ejusmodi lucida & bruna in
chronicis est salutis: in acutis au-
tem mortis signum.

51. Talis urina spissa, si non facit
ad lepram, est salutis.

52. Monendum hic etiam, ubi
lepra (de qua non temerè judican-
dum) non fuerit, ibi pustulas seu
morbum gallicum certò portendi.

53. Si in urina tota atomi appa-
ruerint, in toto hominis corpore
rhema esse demonstrat. Sin verò
in superiore urina tantum fuerint,
superiores corporis partes rhere-
matizatas [ut ita dicam] indicat:

at

at in media urina, medium corpus,
in inferiori autem inferiores cor-
poris regiones rheumate affectas
esse declarat.

54. Ejusmodi etiam atomi ma-
tricem malè affectam esse docent.
Si tamen in mulierum urina fun-
dum petunt, ibique resident rubei
masculum conceptum esse decla-
rant, albi autem femellam indi-
cant.

55. Puerorum, hominum infir-
morum, morbis acutis subjectorū,
aut quorum morbus aliquando est
remissior vel recidivus, criticum
demonstrans diem urina, mortis
est.


56. Quando in morbis gravissi-
mis aut acutis urina ad sanam mu-
tata fuerit, & tamen nihilominus
æger decubuerit, mortem jam jam
appropinquare docet.


57. Urina mulieris sanæ albam
nebulam in modum bombacis o-
ptimè carpti in hyeme habens, in
æstate

æstate verò coloris sanguineis, u-
terum gerentem demonstrat. Nō-
nulli etiam ipsiſ gravidarum muli-
erum urinis imaginem quandam
propè matalę fundum primis tem-
poribus conſpexerunt. Sunt ta-
men eiusmodi urinæ ſanis ſpiffio-
res.

58. Atque hæc de urinis in præ-
ſentiarum dicta ſufficiant, unde
quicquid homini proſperum aut
adverſum, ad valetudinem quod
attinet, directè quaſi in ſpe-
culo deprehendere
poteris.

F I N I S:







Handwritten text in a Gothic script, oriented vertically along the right edge of the page.





o
n
e
it
id
n/
n
id
n






















Hermes Trismeg. de L. ph. cū sūctijs, Alstem.	42
Medicina Universalis Joh. Wolff. Rhensem.	192
de Microcosmo et Macrocosmo Fr. Basilij, cū sūctijs.	173
Aptarismi Basiliani sive Hermetici	
Elucidarij Christophori Parsonis pars. 2 ^a .	153
Vate in eū Lullij.	
Profundus des testamentis Raimi Lullij.	172
Urotheria Chymiatrica.	174
50 canones vite	51
Comptatori	

15 2







5

UROCRITERIUM
CHYMIATRICUM,
sive

RATIO CHY-
MIATRICA EX-
ACTE DIJUDICANDI
URINAS EX TRIBUS
Principiis activis, & uno Passivo,
hactenus neglectis Aphoristice
ostensa,
Auctore

JOHANNES RHENANO
HASSO.



Md 90

MARPURGI CATTORUM
Ex Officinâ Kezelianâ
M. DC. IX.

